



Zdigitalizowano w ramach projektu „OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”



2007-2010

Wsparcie udzielone przez
Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię
poprzez dofinansowanie
ze środków Mechanizmu Finansowego
Europejskiego Obszaru Gospodarczego



Zrealizowano
ze środków
Ministra Kultury
i Dziedzictwa
Narodowego

Vota

Reverendissimo, Religiosissimo, ac Doctissimo
Domino

Leopoldo Scherschnik

Cæsarei - nec non Cæsarei - Regii Teschineris Gymnasii
Profecto
dedicata

a suo sincerissimo Cultore
Matthia Joanne Slavik
prov. Syndacorum Professore

DDIX 21C

2
Vir qui Castalias gestas in pectore Musas
Et Tenedos loqueris non leviora Deo.
Accipe transmissum, nam qui TITIT mittere suavit
Carmina, non novus est, sed bene notus amor.
Si nec frons auro, neque cedro charta notatur
Nec jubet a Minio littera prima suo,
Da veniam vati, qui cultae noluit isto
Carminibus pretium conciliare suis.
Ilt caret ornata, nec satum diligit author,
Sic nullo excultus prunice versus adest.
Dent alii rubro lutas in littore gemmas
Divitias vincant Prose superbe suas.
Dona ferant alii, quae dives praedicet Indus
Et Crassus proprias collacet inter opes.
Aut etiam libris exponant gesta, suasque
Ingenio laudes uberiore canant.
Nec ego non alias quam fidum tradere pectus
Constitui, et mentem significare meam.
Plus tamen illa placent, quae copia summa bonorum,
Et pretiosa facit munera dantis amor.
Atque TITIT do, propriumque dico, cape munus amanti
Nec pudeat medio claudere parva vinu.

Filiolum blandis mater complectitur ulnis.
Datque illis cupido oscula multa labris;
At simul id ponit praepectam, sitque rogatus,
Continuo languet pristinus ille favor.
Officio matris Te fungere: suscipe vile
Ingenū munus, consuloque boni.
Non ego Castaliis imersi guttur in undis,
Non vidi faciem, praesens et pollo tuam.
Quia etiam sacri fugiunt me culmina Pieri,
Ingenium quamvis detinuerit meum.
At velut in mediis undas desiderat undis
Tantalus, et longam fertque fertque famem:
Vix ego semper amo carmen, sed semper amantem
Deserit in primo Musa, calorque pede.
Te tamen o Latiae tutela, et gloria linguae!
Huc ades, ac rosis, quae so faveto meis.
Te sacra Musarum primis sectatus ab annis
Cingenti meritis fronde virante comas.
Et fugiens malis & turpissima commoda vitae
Testaberis humeris grande laboris onus.
Te nostrorum imitatus avos priusque Quirites,
Perdidisti oculis regna pelagae Iulii.
Ingressusque sacra doctam Tritonidis urbem,
Pasabas variis mentem oculosque libris.

Et modo per cultas ibas Demosthenis hortos
Decerpens manibus plurima fersa TULL.
Interdum stonias delibans largius undas,
Alter Homerus erat, Pindarus alter erat.
Cætera quid referam? quidquid vel Græcia laudat,
Sed dederat nostris terra latina scholis:
Hoc animo complexus erat, cunctisque probabas
Ingeni claras nobilioris opes.
Te Musæ stupuere novem: TIBI laurea pecta,
Cum cithara et plectro Divus Apollo dedit.
O quoties dum verba facis pro more scholarum,
Miratur tantum Teschnia superba Virum.
O quoties linguam Ciceronis habere videris,
Atque iste in lingua dicitur esse Tui!
Est etiam qui Mureto Te præferat illi,
Qui gerit in labris Atthica mella suæ.
At ego Teschnia longe diffunctus ab ore.
Non posero tanti copiam habere boni.
Sæpe tamen vocis, ac frontem nube carentem,
Fingo mihi, mentem dum porius urget amor.
Forte etiam nostro statuatur imago cubili,
Quæ referat vultus, quæ licet ante, Tui.
Scilicet ut subitas concepit Scipio flammæ,
Adspiceres generis dum simulacra sui.

Haec aliter magno doctrinae accendat amore,
Obruta dum formae signa videbo tuae.
Tu modo sic consolans, me perge jurare Patrone,
Ut videam Latias Te praecunte plagas.
Tu revoca errantem, Censorisq; utere virga,
Si non sint apto verba locata modo.
Aut habeat multos oratio barbara naevos,
Laetus abscipi non timuere viri.
Hac mihi si facias, /: ut spe non laetor inani /:
Non fiet mihi gratia vana Tui.
Te semper cupida praesentem in mente forebo,
Te studio dicam consuluisse meo.
Elque suum spectat Elysiacae fidissima solem,
Ac sequitur miris lumina nata maeo:
Sic mihi per cunctos vitae spectaberis annos,
Et praestata datam tempus in omne fidem.
Ac ubi concessam vitae tradideris aevam,
Et discent cursim tempora lapsa suam,
Laetus ad montem, supera quoque receptus in arces,
Horarum dubias non repercare vices.
Sed sine fine Deum spectans ac temporis expertus,
Aeterna aeterni quotiens dona boni.
Si dona expectas isto qua tempore dantur,
Huc ades, et voti munus habeto mei.

Dant aliū rubro lectas in litore gemmas,
 Inque Tuis fundant aurea Dona manus.
 At ego si dederō cum solo pectus amore,
 Ut non adjungam cetera primus ero.
 Dant aliū majora Tuis, majora meritis
 Conerunt tanto grandia dono Viro.
 Sed mihi ne possem majora afferre volenti,
 Natura haud ullas suppeditavit opes.
 Ergo parva vides, sed quamvis parva videntur,
 Illa tamen magni pondus amoris habent.
 Hoc igitur votum superest, ut plurima viros
 Saecula, felices expeziare dies.
 Non animum luxus, non reget tempora morbus,
 Nec veniant rebus fata sinistra Tuis.
 Utque suam ~~felix~~ Phoenix vitam de fanere omittit,
 Et novus e medio surgit, aboque rogo:
 Sic Te Nestoreos fanus dum videris annos
 Oblineas vitam post tua fata novam.
 Oblineasque Dei lectam sine fine triumphum,
 Virtutes animae, quem meruere Tuas.
 At ego qui medio Te clausum in pectore gesto
 Ut me semper amet, voce animoque rogo.

Tuum

Die 19 Februarii 1806.

devotissimum
 Mathiam Joannem Savignia
 prov: Syntaxeos Professorem.



ksiaznica@kc-cieszyn.pl